

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

Terentius porro, vt opinor, a Plauto, paucis immutatis, accepit: apud quem in Pseud. Aët. 1. Sc. 1. v. 16. ita loquitur Pseudolus servus:

— *Fac me certum, quid tibi est.*

Inuabo aut re, aut opera, aut consilio bono.

Ad hunc Terentii versum respexit etiam lib. 9. ad Artic. epist. 6. *Eripe, inquit, mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacumque re potes.*

EPISTOLAE XI.

ARGVMENTVM.

Primum iocatur, vt solet, occasione sumpta ab interregnis: deinde suadet, vt, si honestatem facultatesque suas auget, maneat apud Caesarem; sin minus, Romam se recipiat. Anno Urbis DCC. in interregno.

EXPLANATIO.

Relinqueres] Ob interregna: quibus iudicia iacebant; cum nullus, qui ius diceret, in vrbe magistratus esset. nam interrex non iuris dicendi causa creabatur, sed vt haberet comitia consulibus rogandis. Interregnum Romae primum fuit, cum, Romulo mortuo, nondum Numa rex creatus esset. inde factum, liberata regio dominatu civitate, vt, cum in annum sequentem extracta comitia essent, nec ulli creati curules magistratus, interrex habendorum comitorum gratia proderetur. Liuius, Dionysius, Plutarchus, alii.

Tot interregnis] Quot interregna fuerint eo anno, facile inueniet, qui Dionem et Pedianum attente legerit. quorum ille lib. 40. scripsit, eo anno, quo Caluinus et Messalla consulatum gessere, urbem sine magistratibus fuisse per sex menses: Pedianus autem ad orat. pro Mil. c. 5. interregni dies non plures quinque fuisse tradidit. sunt igitur hac ratione interregna XXXVI. in sex mensibus. Duo

sunt praeterea, quae docet idem Pedianus, non omittenda, vt arbitrator: vnum, interregem non nisi a senatoribus patriciis et ipsum patricium, prodi solitum; quod et Cicero pro domo sua c. 14. dixit: alterum, vt ab eo, qui primus interrex esset proditus, comitia haberentur, moris non fuisse.

Desiderat] Vere. nam interrex ius non dicit. cessat igitur opera iurisconsultorum, et iustitium in vrbe tam diu est, quamdiu interregnum. Haecenus Cicero vere et serio, reliqua iocans, vt infra demonstrabo.

Vnde petitur] Vnde petitur, dicebatur is, a quo pecunia in iudicio, tamquam debita, petebatur. non enim, *unde petitur*, et *debitor*, idem sunt. nam quia vel interdum non debita pecunia petebatur; vel petebatur ante, quam esset coepta deberi; propterea debitor dici non semper poterat is, unde petebatur; sed tum vere, cum pecuniam debebat. Atque hunc loquen-

loquendi modum antiquis iurisconsultis, quorum scripta perire, familiarem arbitror fuisse. hodie quidem exempla habemus perpauca: quorum vnum, vt mihi nunc in mentem venit, subiungam. lib. I. de Orat. c. 37. *Quid? his paucis diebus, nonne, nobis in tribunali Q. Pompeii, praetoris urbani, sedentibus, homo ex numero disertorum postulabat, vt illi, vnde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur, CUIVS PECVNIAE DIES FVISSET? quod petitoris caussum comparatum esse, non intelligebat.*

Binas aduocationes postulent] Quasi beneficii loco. nam, cum interreges singuli per dies tantum quinque sint, nec dies omnes fasti sint, quibus tantum iudicia fieri licet: non esset litigantibus incommoda conditio, si binas aduocationes a singulis interregibus impetrare possent. Binarum autem aduocationum mentio vnam et alteram causlae actionem significat, cum enim a patronis agitur causa, tunc adsunt aduocati iurisconsulti, qui ius suggerant.

Satisne tibi videor abs te ius ciuile didicisse] Hic ostenditur, superiora per iocum esse dicta: quia scilicet de industria Cicero ita locutus est, vt ius ciuile parum didicisse videretur. in quo autem haec deprehendi possit inscitia, quaerendum est. mihi videtur in eo, quod suadere se debitoribus dixit, vt binas aduocationes ab interregibus postulent. quo quid imperitius? non enim is, qui pecuniam debet, sed is, cui debetur, a magistratu iudicium postulat eius exigendae pecuniae causa. deinde, quis tam rudis in foro, tam ignarus iudiciorum

est, qui nesciat ab interregibus aduocationes peti non solere? quippe cum interreges non iuris dicendi, sed tantum habendi comitia curam gerant. Mihi haec interim placebit sententia, donec meliora quis attulerit.

Haec signa] Signa, et indicia sunt, et statucae. hic iocus est in ambigua significatione.

In meo Tusculano] Quam villam signis ornauerat. epist. 23. et lib. I. ad Attic. epist. 4.

Consuli te a Caesare] Consuli dicuntur iurisconsulti, cum aliquis dubia in re quaerit, quid verum sit optimumue factu. In Bruto c. 26. *In eo (P. Crasso) industriam constat summam fuisse, maximamque gratiam, cum et consuleretur plurimum, et diceret.* epist. 13.

Tibi ab illo consuli] Tuis commodis Caesarem consulere. Iocus est in varia eiusdem verbi significatione. *Consulere aliquem,* et *alicui,* quid sit, vel hic locus declarat.

Perfer] Quasi grauem, quam Trebatius non libenter ferret.

Ego enim desiderium tui, spe tuorum commodorum consolabor] Epist. 10. eadem sententia, verbis mutatis: *Sic tibi persuadeas velim, vnum mihi esse solatium, quare facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam.*

Sin ista sunt inaniora] Infra: *Sin ista frigebunt.*

Vna mehercule] Epist. 10. eadem sententia.

Collocutio] *Congressio,* dixit epist. 10.

Omnes Samarobrinae ERN. Samarobrinae] Non modo vna, sed omnes, quotquot esse possunt. Vrbs

Vrbs in Gallia inter Belgas, vbi tum videtur cum Caesare fuisse Trebatius. epist. 12. et 16. vide Caesarem lib. 5. de bell. Gall. c. 24.

Laberium] Qui timendus erat vt mimus. de hoc Suetonius in Caesare c. 39. et Macrobius lib. 2. Saturn. c. 7. qui etiam praeclaros eius senarios, victum se a Publio mimo conquerentis, recitat. Eius Mimi nominantur, quos reliquit, Rector, Salinator, Scripturae, apud Gellium; Aquae, Aries, Augur, Caeculi, Creuus, Tuscus, apud Carisum; Annales, Aquae Caldae, Aulularia, Belbum, Calli, Carcer, Catularium, Centenarium, Xzige, Cithera, Compitalia, Cropium, Fimalia, Fullonica, Imago, Lacus Auernus, Macchus, Nuptiae, Panilica, Paupertas, Primum, Sedigitus, Sorores, Tueca, Tuscus, Virgo, apud Nonium. Horatius Laberii mimos non probat. ait enim lib. 1. Sermon. Sat. 10. v. 5.

Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera: nam sic

Et Laberi mimos, vt pulchra poemata, mirer.

Valerium] Non opinor significari Q. Valerium Catullum poetam, sed L. Valerium iurisconsultum, quem Cicero lib. 1. epist. ult. et lib. 3. epist. 1. commendat. magis enim credendum, cum *sodalem* Cicero vocet, eum significari, qui utrique familiaris erat, quam Catullum poetam, quem nec Cicero, nec Trebatii sodalem aut familiarem fuisse, quisquam scripsit. Praeterea, vel notam praenominis, quod eis diuersum fuit, *Lucius*, Valerio iurisconsulto, *Caius*, Valerio Catullo poetae, adiungi oportuit; vel, si modo poeta significa-

batur, cognomen apponi, quod iurisconsulto nullum fuit; aut etiam solum cognomen nominari: quod fecit Nepos in Attici vita c. 12. Quinctilianus lib. 10. c. 1. Gellius lib. 7. c. 20. qui omnes Catulli non modo nomen, verum etiam praenomen omisere, solo cognomine contenti.

Mira] Ad risum excitandum.

Persona] Vt in scenam inducuntur ab histrionibus personae diuersorum.

Britannici iureconsulti] Ipsius Trebatii, qui noluerat in Britanniam cum Caesare proficisci. Rideri igitur duabus causis poterat Trebatius: tum quia iurisconsultus in militiam iuerat; cum ceteri suam in vrbe, magna cum laude, scientiam exercerent; tum quia, cum in militiam iuisset, Caesarem tamen ex Gallia in Britanniam transeuntem sequi noluerat. in hoc metus, in illo iuris ciuilis inscientia describitur.

Non rideo] Non contemno, et si iocor, vt soleo: ne me tamen putes haec parui facere.

Tuam dignitatem obtinebis] Istic eris cum ea, qua te decet esse, dignitate.

Honestatem] Honorem et estimationem: vt epist. 17. *Quae ego tibi et incunda et honesta praestabo.* sic *honestus* pro honoratus, lib. 2. epist. 15. *Emori Caesarem honestum esse cupio.*

Facultates] Paulo latius accipio, quam pro re domestica: vt lib. 3. de Offic. c. 15. *Singulorum, facultates, et copiae diuisiae sunt ciuitatis.* Et lib. 11. ad Attic. epist. 2. *Illam, miseram mea culpa et*

negli-